



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Bonacinæ Vtrivsque Signatvræ Referendarii
Compendium Omnim Operum de Theologia Morali,
omnibusque conscientiæ nodis**

Bonacina, Martino

Coloniæ Agrippinæ

Causæ excusantes feminas ingredientes Monasteria virorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41152

De violatione clausura ob ingressum feminarum in monasteria religiosorum virorum.

28. Monasterium est spatium illud quod intra monasterii ambitum continetur. Hinc prædia, & domus rusticae non sunt obnoxia clausuræ: consequenter religiosus potest feminas ad hujusmodi loca causa audiendi sacra admittere. Præterea chorus non est pars monasterii, sacrificia vero, at quam non patet aditus nisi per claustra monasterii, subiectur clausuræ. Item infirmariæ, hospitia, & similia loca non comprehenduntur nomine monasterii: secus dicendum de hortis contiguis monasterio, cum intra monasterii ambitum contineantur. *ibid. quæst. 5. punct. 1. num. 1. & seqq.*

29. Omnibus feminis interdictus est ingressus in monasteria virorum, & non solum conjugatis aut viduis, verum etiam puellis quæ rationis usum nocte sunt, vel ad septennium pervenerunt. Item & fundatricibus, nisi forte in regula ipsorum religiosorum habeatur, ut fundatrices decenter comparatae admittantur: immo feminæ in dignitate constituta non possunt hoc tempore virtute privilegiorum ingredi monasteria monialium; probabile tamen est Reginas & ipsarum filias posse monasteria religiosorum ingredi, etiam abesse peculiari privilegio. Religiosi igitur graviter peccant admittendo feminas in sua monasteria, quia cooperantur delicto feminarum, & feminæ quoque graviter peccant ingrediendo, etiamsi tunc temporis nullus in monasterio religiosus existat. *ibid. punct. 2. num. 1. & seqq.*

30. Nullus præter Romanum Pontificem, vel habentem ab ipso privilegium, potest extra mortis articulum absolvere ab excommunicatione, quam incurruunt feminæ ingredientes, & religiosi eas admittentes in sua monasteria. *ibid. punct. 3. num. 3.*

Causa excusantes feminas ingredientes monasteria virorum.

31. Privilegio Summi Pontificis obtento post constitutions Pii V. & Gregorii XIII. excusari possunt feminæ, monasteria religiosorum ingredientes; quamquam si in eo monasterio extet regula non admittendi feminas, & in privilegio non fiat mentio hujus regulæ, non potest femina virtute privilegii ingredi. *ibid. punct. 4. n. 1. & 2.*

32. Femina alicujus dignitatis, quæ potest monasterium
vitrum ingredi, potest tecum decentem familiam ducere.
Ibid. num. 3.

33. Femina licetè ingredi potest ob necessitatem, ex.gr. ad
listandum infirmum, seu medendum, dum aliud remedium
commodum non est. Item feminæ possunt adhuc ingredi mo-
nasteria vitrum causa Missæ funeris, concionis, sepulturæ,
processionis, vel alterius divini officii, vel dum tantus est po-
puli concursus, ut mulieres commodè ingredi Ecclesiam, aut
egredi non possint: imò feminæ possunt ingredi monaste-
rium causa audiendæ Missæ in capella claustræ, modò ad alia
loca non progrediantur. Item dum recitantur horæ Canoni-
cz, dum fit benedictio candelarum, &c. Item ingredi possunt
dum fit lotio pedum, modò tunc legatur Evangelium, vel a-
lia oratio fiat: vel dum aliquis in claustro professionem emit-
tit, cum solitis religiosorum ceremoniis: non autem dum ha-
bitum suscipit, ut que similiter ingredi possint ad audiendam
comediam, vel disputationem. *Ibid. num. 4. & seq.*

34. Quæres, utrum femina ingrediens monasterium ter-
pore divinorum officiorum, seu concionis, &c. nob animo
audiendi divina, vel concionem, excusari probabiliter posse
peccato & poenis contra clausuram? Respond. probabiliter
excusari posse *Ibid. n. 13.*

35. Femina non peccat contra clausuram, si ingrediatur oc-
casione processionis, quam Praelatus indixit hoc fine, ut fe-
mina ingredi possint. Idem aliqua ratione dici potest de ipso
religioso processionem ad eum finem indicente; quamquam
hujusmodi religiosus peccat abusu potestatis, & sit aliqua
poena d. gnus. *Ibid. n. 14.*

36. Femina quæ justa de causa ingredita est, tenetur statim
moraliter egredi, non tamen artificitur excommunicatione, si
statim non egrediatur, imò etiam si ad ulteriora loca progre-
diatur Secus dic de religiosis eam admittentibus. *Ibid. n. 15.*
6. 16.

Moniales, & poena violatoribus clausura imposta,

Vide v. Confessio, Monasterium.

37. Clausura est spatum, quod intra januam monasterii

scia-